



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

50. Aliquid relictum in consecratione Episcopali, quomodo postea sit iterandum? Idem est in ordine Sacerdotali, &c. Et notatur quod id quod supplementum est, debet suppleri ab eodem, qui ordinavit, ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76369](#)

Tractatus Octauus

350

& per totam part. 3. diuersi. & aliorum quos refert, & sequitur Gonzales in regul. 8. Cancell. Gloff. 5. §. 9. num. 6. in coadiutore eadem actas, & idoneitas ac in titulari desideratur: quo circa inquit, si Episcopo affinatur coadutor, tringinta annorum esse debet. Et haec omnia docet Narbona. Quæ quidem à fortiori procederent in iuniori, vel insano in Episcopum consecrato. Vnde ex his appetat me recte annis elapsis respondisse quandam Episcopum hic Romæ ut dicebatur, ante legitimam actatatem 30. annorum consecratum nullam suspensionem, vel censuram incurrit.

4. Notandum est hic obiter, quod Episcopi ante prescriptam tringinta annorum actatem electio invalida est, secus postulatio. Prima habetur cap. cum in cunctis è Concil. Lateranen. vbi Abbas, ac ceteri communiter: secunda pars probatur, quia quando postulatus aliquis in Episcopum, solum à Romano Pontifice rogatur, ut eum soluat pro eius potestate à canonico impedimento, in quo dispensatus eligi possit & in Episcopum creari: Secus vero seres habet, vbi quis ante legitimam actatem electus pontifici exhibetur confirmandus: tunc enim confirmatio sola petetur, quæ idoneum esse electum, in requisitis à iure donatum ornamenti, omnique canonico impedimento solutum certe supponit.

R E S O L . L.

Aliquid relictum in Consecratione Episcopali quomodo posse est iterandum?

Idem est in Ordine Sacerdotali, &c.

Et notatur, quod id, quod supplendum est, debet supponi ab eodem, qui ordinavit, si est possibile.

Et quid est dicendum, si Episcopus consecrandus deficeret ex aliquo? Ex part. 12. tit. 1. Ref. 50.

§. 1. Eliquit v. g. Episcopusunctionem chrismatam, traditionem libri vel aliquid; Quæritur quomodo sit talis ritus reiterandus.
2. Respondet dubio Pax Iordanus tom. 1. lib. 5. tit. 1. num. 30. vbi sic ait: [Si quis igitur in locis praefatis non fuerit unctionus, vel Chrysostomus loco adhibitus fuerit oleum Cathecumenum, vel infirmorum, debet iterum inungi, & supponi, prout cauerit latius cap. vni. & cap. de Sacram. non iter. traduntque Doctores supra citati, Secundo loco inter solemnia non substancialia numerantur manuum impositio, quæ completis litaniis fieri debet omnibus Episcopis coelestib[us] dicetibus; Accipe Spiritum sanctum, & quidem super caput illudque tangendo, prout cauerit in Pontificali neque sufficit sola extensio, sed requiritur tactus, alioquin supplendum est cap. 1. & fin. de Sacramentis non iter. Hostien. Ioan. Abbas, & alij: Imo, & in casu suppletionis, non tantum essent imponenda manus, verum etiam proferenda iam dicta verba, Accipe, &c. prout in aliis ordinationibus fieri debet, quando contingit supponi, quoniam estis textus in d. i. de Sacram. non iter. Simpli- citer statut non est aliquid iterandum, sed tantum cautè supplendum quod incaute fuerat omissum; Hostiens. tamen ibi Ioan. Andr. Abbas, & ceteri communiter concludunt illud esse intelligendum de actibus, & orationibus diuersis; non autem de illis, quæ simul cum ipsa impositione proferuntur unde inferunt quod si v. g. Confirmationis Sacramentum fuisset cum Oleo Cathecumenum collatum. Episcopus in suppletione cum Chrysostome debet forsitan profere; Signo te signo Crucis, &c. & sic de ceteris, facit Gloff. (supplendum) in cap. fin. de Sacram. non iter. In Sabbato (inquit) quatuor temporum vocabitur Sacerdos, & manus im-

positio, quæ defuit in ordinatione modo suppletur, & dicentur orationes quæ praecipiuntur dici quando fit manus impositio, quia ipsa manus impositioni adhaerent, & de manus impositione fit mentio in orationibus. Quamvis igitur alterutrum tantum fuerit omissum, nempe manus impositio, aut verba, virtus que ramen debet simultaneè suppleri: alij vero agus integrè praestiti prima vice minimè sunt iterandi, & ita intelligitur textus.] in dict. cap. 1. de Sacram. non iter. Hucusque Iordanus. Itaque dicendum, quod si Sup. relinquatur in qualibet ordinatione Episcopali, tonica Sacerdotali, &c. aliquid de necessitate Sacramenti non est reiteranda omnis ordinatio, sed tantum quod in partem reliquam, & ita obseruat etiam Ioan. Pontius in Curs. Theolog. dispu. 48. quest. 2. conclus. 3. num. 1. in fine.

3. Hinc nota obiter, quod consecratio inchoata de fide ab aliquo Episcopo, si postea propter aliquod virum gentis impedimentum, illam perficere non possit, ab alio supponi debet; quemadmodum in altaris Sacramento cautum repertitur, cap. quorundam 3. diff. Vnde non deferrat hic apponere ea, quæ etiam notauit Jordanus, vbi suprad. numero 53, nempe quod repetitio fieri debet tantum ab Episcopis, sive iisdem, sive aliis tempore congruo, hoc est iis tantum diebus, quibus eiusmodi Episcoporum Ordinationem permittantur esse diximus & cum paramentis, & reliquis solemnitatibus requisitis in prima ordinatione, quoniam ab ipsa nihil differt, v. g. si capitis unctione fuisset praeterea, vel manuum, supplenda erit ab iisdem tribus Episcopis si haberit poterunt, sin minus ab aliis Episcopis pontificaliter indutis, aut Dominica, aut alijs coœfici, seruato ieiuniu ab Ordinantibus & Ordinato, & in actu delibutionis, proferenda erunt verba, & orationes à Pontificali praescripta pro ipsi functionibus Vngui, & consecratur caput unum, & vel manus tua, &c. prout in ipso Pontificali, & sic de ceteris supplendis; prædicta deducuntur ex dict. cap. vni. de Sacram. vni. & ibi Doctores signanter Abbas in nos. Innoc. Hostien. Buttr. & alij, necnon ex cap. pr. & vni. de Sacram. non iter. & ab iisdem DD. item ex dict. cap. 1. quest. 1.

4. Sed ad confirmationem supradictorum, & ad maiorem declarationem, non deferrat hic apponere ea quæ circa supplendum pro aliqua omissione facta in ordinatione obseruat Sanchez in Opus. tom. 2. lib. 7. dub. 13. dicit enim primò quod si id quod omitterit, sit de substantia Ordinis, vel sit dubium an sit de substantia, totum Sacramentum est iterandum, & si omissio pars formæ, &c. Ratio quia Sacramentum est nullum, vel quando dubitatur, est dubium an sit nullum. Et non dicitur iterari quod dubitatur, aut scitur non esse factum; cap. solemnitates de conf. dict. 1. Hoc tamen est intelligendum, quando Sacramentum non habet duas ceremonias distinctas, & essentiales quarum una non pendet ab altera, vni in Sacerdotio manus impositio à traditione calicis, & patenæ; tunc enim licet utraq[ue] ceremonia essentiales sit, omissio manus impositio, non est altera iteranda. Secundo si id quod omissum est, sit certum non esse de essentia, tunc non est iterandum Sacramentum, sed supponi debet quod omissum est.

5. Nota quod id, quod supplendum est, debet supponi ab eodem qui ordinavit; si est possibile, cum pertineat ad eiusdem Sacramenti, quod mississimæ perfectionem: si vero id fieri non potest, debet supponi ab alio sic Armilla verbis. Ordo num. 8. & 10. Tabien. Ordo 2. quest. 10. Rosella Ordo 2. m. 8. Henric. lib. 10. de Ordine, cap. 10. num. 2. Innocent. d. cap. Presbyter. n. 3. Item nota, quod talis supponit non potest fieri quovis tempore; sed tantum illo tempore, parte quo

has quo Ordines possunt celebrari, ut expresse definitur ac ap. Presbiter, & docet ibi Gloss. Panorm. & Innocent. numero 1. Armilla numero 10. D. Anton. supra Sylvester Ordo 2. quæst. 5. Angel. Ordo 1. numero 14. Henriquez ibi. Nota iterum, quod si suppleretur aliquis actus, debent iterari orationes actui annexæ. Sylvester Ordo 1. quæst. 10. Innocent. supr. num. 2. Vnde si facta est iniunctio, & non dicta oratio, vel e contra est utrumque repetendum, quia, non sunt actus diuersi, cum in oratione fiat mentio de vtroque, sed se habent sicut materia, & forma. Sic Innocent. ibi num. 3. Panorm. num. 2. Tabien. Ordo 2. quæst. 5. D. Anton. sopr. Sylvest. Ordo 2. quæst. 12. Rosella Ordo 1. num. 8. Et tandem, quod si altera manus iuncta est, & dicta oratio, non debet iterari, sed debet inungi alia manus cum oratione, & vbi in ea dicitur manus in plurali debet dici manum in singulari. Sic Panorm. supr. num. 2. Innocent. num. 3. Tabien. Ordo quæst. 5. Sylvester Ordo 2. quæst. 10. Rosella Ordo 2. num. 8. D. Anton. vbi supra. Si vero pars Orationis est omessa; est tota iteranda, ut bene Sylvest. Tabien. Panorm. ibi.

6. Et ex predictis in casibus contingentibus potius quis respondeat quando aliquid esset supplendum in consecratione Episcopali.

7. Sed quid dicendum si Episcopus consecrandus deficeret ex aliquo deliquio, ut timebamus in consecratione nostri Patis D. Alexandri. Porro facta ab Eminenti. Cardinali Domino meo Franciotto: tunc respondit perficiendam fore sequentem die Dominicæ, incipiendo ex loco vbi relicta fuit: & hoc est doctrina adducta à Bernal. de Sacram. diff. 47. scilicet 4. num. 8. vbi sic ait: Patrialis cæteromia viuis totalis Ordinationis dari potest tempore aliquo licet longo præsumpta alia ceremonia eiusdem Ordinis adhibetur, quoniam illa pars ritè peracta perseverat mortaliter in subiecto, donec ponatur alia, & compleatur ceremonia. Ita colligitur ex cap. Presbiter, cit. & est communis Doctorum sensus. Ita ille.

RESOL. LI.

An in consecratione Episcopali contrahatur ab Episcopo matrimonium spirituale cum Ecclesia.
Vnde translatio Episcopi ex una Ecclesia ad aliam ne-
qui fieri absque licentia Pontificis, & absque iusta
causa. Ex p. 12. n. 1. Ref. 51.

Responeo affirmatiuè: Dico itaque inter Episcopum, & Ecclesiam, cuius est Episcopatum, quamvis ab Infidelibus occupatum, esse matrimonium seu vinculum: tradunt Euaristus Epist. 2. cap. 1. posse, & Caius Epist. 2. cap. 3. & referrunt in causis alterius episcoporum, & Innocentius III. in cap. Inter corporalia de translat. Episcoporum. Matrimonium autem hoc inchoatur electione, & fit ratum confirmatione, & consumetur consecratione, quamvis non omnino absque possessione, & dissolui nequit absque licentia Pontificis habentis ad id vicem Dei, ut constat ex Innocentio III. vbi supra, neque absque aliqua iusta causa. Vnde translatio Episcopi ex una Ecclesia ad aliam (qua non fit absque dissolutione prioris vinculi) nequie fieri absque licentia Pontificis, & absque Hinc translatio Episcopi ex una Ecclesia ad aliam (qua non fit causa, de quo videri potest Vasquez diff. 241. & Hartadus de Sacramento Ordinis, difficult. 4. Probatur ex Canon. Inter corporalia de translatione Episcopum, & Ecclesiam patens, ibi dubitari non debet, quia omnipotens Deus spirituale coniugium, quod est inter Episcopum, & Ecclesiam suo tantum iudicio seruauit dissoluendum,

Tom. IV.

G g 2 Quarto

& cap. nisi cum pridem de renunciat. ibi. Propter laboris angustias, aut persecutionis cursus non debet deficerere sponsam tuam, defigendo manum apud extraneum te fide media copulati. Hinc Hoffiens. in d. cap. Inter corporalia de translat. num. 18. vere ergo (inquit) non solum dignus est spirituale matrimonium, quam carnale, honorabilius, atque spiritualiter fecundius, salubrius, atque securius, sed firmius in aliquo sensu. Hic Evaristus, qui floruit anno 112. Epist. 2. de Episcopis electis ad Episcopos Galliæ sic ait: Ipse enim (id est Christus) est sponsus, & Ecclesia sponsa, cuius filii nos sumus; & ideo unum patrem habemus Deum in celis, Sacerdotes vero vice Christi legatione funguntur in Ecclesia; & sicut ei coniuncta est sponsa, Ad eum in Ecclesia, sic Episcopi coniunguntur Ecclesia, vniuersique proportione sua, & sicut vir non debet negligere vxorem suam, sed diligere & iusle custodire, & amare, atque prudenter regere; sic Episcopus & multo magis custodire, & amare, atque prudenter regere debet Ecclesiam, & velut vxor, qua sub manu est viri, obediens debet viro suo eumque diligere: & amare ut animam suam debet quia illud sit carnaliter, hoc spiritualiter. Plura in hoc argumento congerit summus Pontifex, qua si lumen, portuerunt facilis negocio è cit. loco Epist. peti, qua habetur 1. 10. Conciliorum, vbi de Euar. Papa VI.

2. Nota tamen, quod rectè Suarez tom. 3. de reliq. lib. 1. cap. 16. num. 2. monuit comparationem inter hæ coniugia, nempe spiritualia carnalia non esse per similitudinem, seu continentiam vniuersam, sed per quandam proportionalitatem; etenim matrimonium carnale solo coniugum perficitur consensu, ut sit ratum, secus spirituales quod præter electionem, atque acceptancem confirmatione Pontificis indiget, ut ex eodem capitulo Inter corporalia, & cap. licet de translat. Constat præterea, carnale matrimonium per vnum confirmatur contrahendum, quod coniugij vinculum maiorem subit indissolubilitatem, è communi Doctorum consensu, Catholicæ doctrine: ac spirituale, ut modò dicebant nihil firmatus maioris habet per consecrationem. Insuper matrimonium carnale consummatum, neque Papæ dissolui potest auctoritate: quos enim Deus coniungit homo non separat: Secus spirituale, auctore Pontificis disoluibile.

3. Nec obstat dicere, matrimonium spirituale consistere minimè posse inter Episcopum titularem, & Ecclesiam in partibus infidelium existentem; ergo de ratione Episcopatus non est ratio coniugij; Andreas Freyhub. in disput. Lipsica, fusili ausus est fundamento asserere huiusmodi non esse veros Episcopos, quod in Concilio Chalcedonensi art. 15. can. 6. statuimus nullum absque Ecclesia in Episcopum ordinandum esse, & manuum impositionem absque certa Ecclesia nullam esse. Cæterum (vt bene Vasq. diff. 241. cap. 1. num. 6.) Canon citatus non modò de presbyteris, verum de Diaconis, ac de quibuscumque in Ecclesiastico gradu constitutis loquitur. At erat profectò Andreas Freyhub putans idem esse ablutione ab omni Ecclesia vel absque omni Ecclesia ordinari in Episcopum atque ordinari ad Ecclesiam impeditam: nam eos qui hac ratione ordinantur error est asserere non esse Episcopos, quos ut tales agnoscit Tridentin. self. 14. cap. 2. de reformat. docetque modum, quo ministri debent; & sicut qui antequam civitas caperebatur ab hostibus, verè illius erat Antistes, ita eadem capta, non priuatur ordine Episcopali. Qod si è vita decedat, ille qui sufficit, verum cum Ecclesia desituta Pastore, etiam ab inimicis detenta, spirituale iniret matrimonium, quam teneretur adire, atque administrare, si quando è captiuitate illa emerget.